

1346 Die 15. Febr.

Et Cod: Dipt: Dogielii

Est Origin. in Arch. Regni

Vladislai Ducis Bithomiensis pa-
ctum cum Casimiro Rege de non
recipiendis neque fovendis hostibus
Regis. Datum in Bithom 15 Febr.
1346. Et Originali Sigillo 7.

229.

56

Noverint universi presentem literam in-
specturi quod nos Vladislavus Dei gratia Dux
Bithomiensis ordinationem cum inclito Domi-
Casimiro Rege Polonie fratre nostro super
pace habenda talem fecimus et in hunc mo-
dum, promittentes ei Domino regi Polo-
nie sine dolo nullos amalos suos et pre-
cipue Dominum regem Bohemie, mar-
chionem Moravie Joannem Duem Chan-
simos suos filios, Nicolaum Duem Opa-
vie ac eorum Capitaneum sive Capita-
neus aliquam potentiam habentes et ge-
neraliter omnes prefato Domino regi adver-
santes Polonie. sibi in dampnum in nostras
munitiones intromittere vel fovere tamdiu
donec inter ipsum Dominum regem Polo-
nie parte ex una et Dominum regem
Bohemie parte ex altera fuerit concor-
datum, pro quo quidem nostri fideles sub-
scribi duxerunt nobiscum eidem Domino
Regi Polonie compromittendum, videlicet
Dominus Joannes Samborii, Dominus In-
denicus Advocatus Thostensis. Dominus
Adam Secharnowicz, Vincentius Sambo-
rii, Nicolaus Advocatus Litom cum Consu-
libus et civium universitate. In ajus rei
eviden:

evidentiam presentes subscribi fecimus sub
nostri sigilli munimine et nostrorum su-
pra dictorum fidelium nobiscum compro-
mittentium sigillis designis roborandas. Da-
tum Bilhom in crastino Sancti Valentini
sub anno Incarnationis Domini millesi-
mo trecentesimo, quadragesimo sexto.